

1731

## C O D I C E S

1732

Codicis fini adplicita est Membrana Syngraphen exhibens, qua *Protymecz de Nouo byrstain, Pawliko de Hostyeticz dictus de Hostina et Cbumradus de Schiltarn* conjuncta manu et in solidum se obstringunt ad solvendas post proximum S. Martini Festum *Abrabe Ciui in Tbuſta decem sexagenas grossorum argenteorum Pragensium. Datum in Tbuſta. Anno Natiuitatis domini Millesimo Trecentesimo Quadragesimo Octauo Proxima quarta feria post festum beati Bartholomei Apostoli.*

*Te CeLo IVnXIIt LaVrVs IaCobeLLe MagIſter.*

Anno nempe 1429 in vigilia Laurentii 9. Aug. obiit. Initium porro vastae hujus Expositionis est: *Apokalipsis ihesu christi, quam dedit illi &c. Ex quo igitur liber iste dicitur Apokalipsis. Igitur sermo erit de reuelacione Johannis, de qua reuelacione tria sunt nunc dicenda. Primo quando facta est ei illa reuelacio. Secundo quomodo facta est. Tertio quid ei reuelatum est &c. Scribere se ait Noster: pro maiori intelligentia paruulorum et consolatione fidelium predicatorum in tribulacionibus magnis hijs temporibus anticristi postorum, et mox, ubi de Domitiano pseudopphetas protegente: et nos habemus temporibus nostris, qui cum domiciano viriliter defendunt falsos prophetas, sed certe si non penituerint non effugient plagam sicut Jezabel. Per decursum Bedae, Lirani, Remigii et potissimum Haymonis testi-*

CCCCXXXIX.

Codex chartaceus lat. boh. 912  
Sec. XV. Folior. nunc 297. 4. minutius exaratus, et rubricis, glossisque bohemicis passim interstinctus est Commentarius in Apocalypsin M. Jacobi seu Jacobelli de Misa; ita enim praenotatur: *Magister Jacobus prelatus Capelle In Bethleem Super Appokalipsim.* Quibus additur: *Hic continentur anni exitus eius ab huius oris.*

monis utitur. Deficit vero Expositio *synegus* procedens in C. XVIII. v. 4. his verbis: *quo peccata debitum finem accipiant. Hec ille.* Opus istud decumanum nulli inter Jacobelli Scripta cense-ri video, de cuius Viri Patria erudite nuper disquisiuit Cl. Mart. Pelzelius T. VI. *Differtt.* germ. *Societatis priv. Bohemicae* p. 299. 8. Quod *ex pagoda* dictum.

CCCCXL.

Codex chartaceus lat. Sec. 553  
XV. Folior. 252. 4. nitide per-scriptus sequentia comprehendit: I. *Posicionem*, ut e calce prae-occupo, *Magistri Jacobi de Misa Baccalaurei sacre Theologie factam anno incarnationis domini M<sup>o</sup> CCCC<sup>o</sup> XV<sup>o</sup>.* Autorem a Petro Dresdensi de Necessitate Com-munionis sub utraque Specie per-suasum

1733

P O L E M I C I.

1734

suasum hac prima Dissertatione Rubiconem transivisse puto, deque ea fari Cochlaeum, dum *Hist. Huffit.* L. I. p. 42. ait: *Jacobellus de ea re admonitus acutum pro utraque specie libellum (qui adhuc extat) conscripsit sociisque suis communicavit &c.* Extat sane; quoniam autem fors illi publicae lucis, ut multis posterioribus *Jacobelli* Scriptis obtigit, haecenus negata fuit, saltem, quae ratione novam provinciam ingressus sit Autor, hic adscribere non pigebit. Ita vero ille: *Quia heu in templis christianorum opera hominum inventicia et incerta nimis splendida coram oculis hominum, ut ymagines ossa sive reliquias vocatas sanctorum per aurum et argentum artis subtilitate exornatas christiani communiter plus mirantur stupent et venerantur, quam opus dei perfectum in diuinissimo ac iugi sacrificio corporis et sanguinis christi in conspectu filiorum hominum preparato, quia etiam in quibusdam excitatur spiritus ad sumendum etiam laicis corpus et sanguinem christi sub utraque forma sacramentali, sicut a sacerdotibus, Alijs autem hoc non videtur esse expediens. Ideo pro ista materia aliquantulum discutienda, et ad probandos spiritus si ex deo sunt, et ut etiam promoueatur ex hoc honor et reuerentia, amor et deuotio, atque fidele desiderium in templis christianorum ad hoc beatificum sacramentum et supercelestes ac iuge sacrificium corporis et sanguinis christi ceteris fideiis et adiuuacionibus hominum profli-*  
*Denis Codd. Theol. V. I. P. II.*

*gatis. Ideo moueatur ista questio: Vtrum expediens sit et necessarium ex institutione christi, quod communitas fidelium laicorum sumant sepius corpus et sanguinem christi sub duplici forma sacramentali.* Atque tum Argumentis in contrarium obiter adductis, praemissaque pro more protestatione nihil dicendi contra sanctam ecclesiam catholicam christi in iesu, contra veram fidem christianam, contra legem dei immaculatam aut bonos siue sanctos mores ecclesiae, Rationes suas in aciem educit, eas videlicet, quas legere est in alijs subsequis Ejus Opusculis ab *Herm. Hardtio* T. III. *Afor. Conc. Constant.* publicatis, qui cur a primo hoc totius Controversiae capite edendo abstinuerit, nescio. Excitat *Jacobellus* mox sub principium *Doctores Davidis Librum de septem processibus hominis spiritualis.* Is est *David de Augusta* seu *Teutonicus* O. M. cujus *Ascetica* a quibusdam intrusa sunt *Bonaventurae* Opusculis.

II. fol. 28. p. 2. *Positioni* statim cohaeret *Compilatio* illa *Dictorum PP.* quam indicavimus *Cod. CCXVI. n. 4.* hoc initio: *Quod non solum sacerdotes sed etiam laici fideles &c.* ubi jam suspicionem movimus, eam ad *Jacobellum* pertinere, quae suspicio e praesenti hoc *Codice* conualefcit.

III. fol. 53. p. 2. *Jacobelli* Scriptum contra *Andream de Broda* continuo sequitur, quod a nobis alibi relatum, et ab *Hardtio*

1735

## C O D I C E S

1736

tio T. III. P. 16. p. 416. editum incipit: *Premissis positione scolastica et articulo, in quo sanctorum antiquorum auctoritates sunt succinte collectae &c.* En, quomodo Autor ad ea se revocet, quae paullo ante N. 1. et 2. protulimus.

IV. fol. 145. *Traктatus Magistri Brode.* Initium: *De sumptione venerabilis preciosique sacramenti corporis ac sanguinis domini &c.* Vide, quae de hoc *Traктatu* ad Cod. CCCXXII. dicta sunt. Hic subscribitur: *Finis tractatus M. Andree de Broda contra M. Jacobellum factus tempore concilij constantien. quod incepit anno domini M<sup>o</sup> CCCC<sup>o</sup> XIII<sup>o</sup> circa festum omnium sanctorum (continuatum) Anno domini M<sup>o</sup> CCCC<sup>o</sup> XV<sup>o</sup> et XVI<sup>o</sup>. In quo concilio Johannes Papa 23<sup>us</sup> est depositus M. Johannes Hufs condempnatus anno 1415 et in octava sanctorum Petri et Pauli sabbato crematus.* Adhaerent et in hoc Cod. illae VI. *Conclusiones Constantiensium*, prout in Cod. mox cit. ut adeo ad eas elaborandas calamum commodasse *Andreas de Broda* videatur.

V. fol. 169. Incipit liber primus *dyalogi sanctorum basilij et*

*Johannis crisostomi.* Praeponendum erat *Johannis Chrysf.* nomen; is enim VI. *Librorum πρεβι ιερωσυμς* seu de *Sacerdotio* autor est. De *Basilio* collocutore quid sentiendum, dixi alibi. Extat egregium Opus T. I. edit. *Montfauc. col. 362.* cum vers. recentiore. Nostra incipit: *Michi quidem multi fuerunt certi amici et amicicie iura scientes solideque seruantes &c.* Antiquior illa, quam dedit *Jac. Ceratinus, Germanusque Brixius*; jam enim extat in *Opp. Chrysofomi* edit. *Venetu* per *Bernardin. Stagninum* et *Greg. de Gregoriis 1503. f.* quam editionem in *Elencho Fabricii Bibl. Gr. L. V. c. 15. p. 655.* deesse video. Ad quem vero inter veteres *Chrysofomi* Interpretes, *Anianum, Mucianum, Burgundionem Pisan. Ambrosium Camaldul. Georgium Trapez. Cph. Personam, Franc. Accoltum* seu *Aretinum, Lucam* denique *Bernardum S. Justinae Patav.* Monachum referam, nescio. Neque recentiores Editores antiquissimarum Versionum sat curiosi fuere. Ad calcem Codicis: *Explicit dialogus sanctorum Johannis Crisostomi et Basilij de dignitate Sacerdotali.*

*Qui cor delicijs implens scis pellere triste  
Laudibus eximijs collauderis pie criste  
Cuius presidijs est finitus liber iste.*

VI. fol. 220. p. 2. ἀνεπιγχαφως Opusculum *Augustino* subpositum, quod alias *Liber exhorta-*

*torius vulgo de salutaribus Documentis ad quendam Comitem, aut Militem* inscribitur, et incipit:

Mi

1737

## P O L E M I C I

1738

*Mi frater, si cupias scire, quamuis ego nesciam &c.* Indicavimus illud alias. A Maurianis in T. VI. Append. col. 193. rejectum est.

VII. fol. 246. Incipit Augustinus de karitate dei. Initium: *Diuiinarum scripturarum multiplicem habundanciam latissimamque doctrinam sine ullo errore comprehendit &c.* Est T. V. edit. Maur. Sermo CCCL. col. 1348.

VIII. fol. 247. p. 2. Incipit sermo Augustini de Timore domini. Initium: *Multa nobis fratres de timore Domini precepta sunt &c.* T. eod. Sermo CCCXLVII. col. 1340.

IX. fol. 249. Incipit Augustinus de Contemptu mundi. Initium: *Audite fratres karissimi salutiferam patris mei (vestri) doctrinam &c.* Jam pluries indicatus, spurius, rejectusque a Maurianis in T. VI. Append. col. 293.

IX. III. CCCCXLI.

913 Codex chartaceus lat. boh. Sec. XV. Folior. 212. 4. non una manu exaratus, compilatus est ex his, quae sequuntur: I. *Magister Jacobellus de Communionem.* Initium: *Quod non solum sacerdotes sed etiam layci fideles &c.* Compilatio illa Textuum PP. pro Communionem sub utraque Specie, quae occurrit Codd. variis, ut Index docet.

II. fol. 26. *Serenissimo Principi et domino, domino Sigismundo Romanorum et Vngarie Regi, presenciam scripta Pro communionem*

*calicis ex parte Baronum regni Boemie Constanciensi concilio ad dissoluendum presentanda diriguntur.* Sunt vero: *Auctoritates ewangelij Doctorum Canonum et ecclesie exorfae a Matth. 26. Cenantibus autem illis accepit ihesus panem &c.* et definentes in locum J. Wiclefi L. de Symonia c. 1. prope finem: *Exod. 12. decernit Dominus utrumque postem hostij &c.* Triarii hi in subsidium excitati videntur ab eodem Jacobello, qui in aliis quoque Scriptis suis partim hic indicatis, partim ab Herm. von der Hardt in *Abis Concil. Const.* editis eos in aciem eduxit.

III. fol. 39. Sermo magistri Jacobelli de purgatorio. Initium: *Ipse autem saluus erit sic tamen quasi per ignem. 1. Cor. 3. Fratres in christo ihesu diligendi, quia in his verbis velamen est positum &c.* Ad Cod. DCCCCLXVIII.

IV. fol. 45. p. 2. Relatio bohémica de Supplicio Job. Hussi, quae incipit: *Znamenaw ze mnozy mnohe vieci &c.* et latine reddita legitur *Opp. Hussi* edit. 1715. T. II. p. 515. f. Discrepat tamen Scriptoris conclusio, qua nobis incipit: *A tak sie skonawa polozenie obmuceni &c.*

V. fol. 54. Similis Relatio latina incipiens: *Item Anno eodem M<sup>o</sup> CCCC<sup>o</sup> XV<sup>o</sup>. feria sexta post Procopij die sexta mensis Julij Nobiles domini Wenceslaus de duba et Johannes de Chlum missi sunt &c.* Et finiens: *testimonium agnate perhibeam veritati Amen.* Re cum praecedente consentit.

L 1 2

VI.